Quid enim michi de hiſ qui foriſ ſunt
iudicare. Nonne de hiſ qui intuſ ſunt
uoſ iudicatiſ. Nam de hiſ qui foriſ ſunt.
deuſ iudicabit. Auferte malum ex uo
biſ ipſiſ. Audet aliquiſ uestrum habenſ ne
gotium iudicari. apud iniquoſ. et
non apud ſanctoſ. An neſcitiſ quoniam ſancti de
mundo iudicabunt. et ſi in uobiſ iu
dicabitur munduſ. indigni eſtiſ. qui
de minimiſ iudicetiſ. Neſcitiſ quoniam an
geloſ iudicabimuſ. quanto magiſ ſe
cularia. ſecularia igitur iuditia. ſi
habueritiſ. contemptibileſ qui ſunt
in eccleſia illoſ conſtituite ad iudicandum.
Ad uerecundiam uestram dico. Sic non est
inter uoſ ſapienſ quiſquam qui poſſit
iudicare inter fratrem ſuum. ſed frater cum
fratre iuditio contendit. et hoc apud in
fideleſ. Iam quidem omnino delic
tum est in uobiſ. quod iuditia habetiſ
inter uoſ. Quare non magiſ iniuriam
accipitiſ. quare non magiſ fraudem pa
timini. ſed uoſ iniuriam facitiſ et
fraudatiſ. et hoc fratribus. An neſcitiſ qua